

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Schuckmann

**Programma Pentecostale Quo Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus
Schuckman/ Iuris Doct. & Profess. ad Obsequium Spiritui Sancto praestandum
Omnes Academiae Cives paterne & serio hortatur**

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73481576X>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1645 + 1646

1) Johann Quistorp

2) " "

3) Heinr. Schüdemann

4) " "

5) Johann Quistorp

6) Schütze 1646 Bacchanal

7) " " " resurrectio



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73481576X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73481576X/phys_0002)

DFG

3
PROGRAMMA
PENTECOSTALE

Quo

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HEINRICVS Schuckman/
Juris Doct. & Profess.

ad Ohseanum

SPIRITUI
SANCTO
præstandum

Omnes Academiae Cives paterni
& serio bortatur.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Academie Typographi.
ANNO M. DG. XLV.

A.

B.

Спиритуалъ

Информация



Uanti habenda sit
gratiosa præsentia Spi-
ritus Sancti, docet illa
ardentissima precatio
Davidis: *Spiritum san-
ctitatis tuae ne auferas a
me DEUS.* Optimè
sciebat vir expertus in
hoc casu, recedente Spiritu DEI actum esse
de salute suâ, seq; destitutum tanto Paracle-
to, ut ut esset Rex Israel & multarum genti-
um vitor; servum inter omnes abjectissi-
num, & suis non tantum subditis, sed uni-
versis penè nationibus, ipsiq; infernalium ca-
tervæ, quibus alias terrori regnabat, ludibrio
futurum. Erat in recenti memoriâ, & an-
tè oculos versabatur Saulis exemplum, quem
vocatum à DEO ad regimen publicum,
quantisper regendum se dedisset Spiritui
Sancto, & ex ejus solius instinctu non suo ar-
bitrio vixisset, absolvisse feliciter omnia, &
semper superiorem hostibus suis, nunquam

A 2

infe-

inferiorem fuisse noverat: Ubi vero excusso per inobedientiam Spontaneo Spiritu, servilis furia ipsum agere cœpisset, priori fortunâ prorsus versâ, in vertiginem abruptum, absurdâ quæq; & turpissima facinora, quorum barbaros sœpè puder, cæco impetu designantem, & non attento præsentissimo exitio in manus inimicorum destinatâ quasi voluntate ruentem viderat. Nec aliter quidem salvâ cælesti veritate, compositum esse potest cum homine, qui spiritum sanctum datorem omnis boni migrare facit. Hoc migrante spiritu, migrat gratia DEI, tantumq; abest, ut homò sibi & suis viribus relietus, seipsum posteà juvare, & quò minus in discrimen animæ ac corporis deveniat, suâ prudentiâ, si prudentia supereat, cayere possit; ut potius contrâ propriam salutem amiso autore salutis militare incipiatur. Frustrâ est, quod putet sibi propitium patrem in Cœlis esse, cuius anima æterno spiritui adeoq; ipsi DEO hospitium negat. Frustrâ est, quod recumbere in merito Christi, inq; eo fiduciam ponere velint, quibus ipso facto propositum est, ne sequantur ductum spiritus Christi. Frustrâ est, quod preces suas

exau-

exauditum iri sperent, si preces fundere possunt, qui Spiritum gratiæ & precum peccatis pulsū orare non sinunt. Frustrà est, quod ullum felicem & salutarem successum promittere sibi habeant, in ulla rebus agendis, quas citrā auxilium Spiritus Sancti temerè auspicantur. Sit sapientia in aliquo, sit eloquentia, sive aliæ corporis ac animæ doctes, quas multi splendido fuso decepti mirari nonnunquam solent, siquando radiis gratiosæ præsentia DEI collustratae non sunt, labem magis improbae menti adspergunt, quam quod in ipsis DEI & sanctorum conspectu laudem afferant. Omnes omnino in consilijs confundi, sapientiâ labi, virtute ac robore exui, & nisi ex animo resipuerint, æternum perire necesse est, quotquot principium actionum suarum Spiritum sapientiæ, consilij, fortitudinis ac timoris Domini, ut ut ore dicant, re non agnoscent. Beatos contrà tam hoc quam futuro seculo, & furioso regno Satanæ formidabiles esse oportet, qui non à semetipsis, sed divini Spiritus regimine, tutelâ ac patrocinio toti pendent.

Vobis hæc scribuntur, Cives Academici,

A 3

non

non tam quod moris & receptæ consuetudinis sit Programma aliquod, sicut in cæteris, ita hoc in primis glorioso festo vulgaris, quam quod DEI amore ducti vestram omnium salutem desideremus. Duos esse scitis vitæ humanæ Duces, omnibus modis oppositos, unum nequitiaæ Spiritum, alterum, qui DEUS à DEO procedit, Spiritum Sanctum. Utrius regimini ac gubernationi vos detis, ipsimet videte. *Ille* ad impietatem, petulantiam, contumaciam, horrenda perjuria & omnis generis flagitia vos impellit. *Hic* contrà ad DEI timorem, vitæ integritatem, modestiam, obedientiā, dignas vestro ordine virtutes vos vocat. *Ille* vult otio, luxuriā, heluationibus, tumultuationibus, singulos dies maximè festos & DEO sacratos transigatis. *Hic* temperantiam, sobrietatem, sanctimoniam & animum sibi deditū poscit. *Ille* libidinum & immundiciæ flamas accendit. *Hic* restinguat eas, & castitatem, sine quâ nemo DEUM visurus est, commendat. *Ille* ad rixas, conflictus, seditiosas factiones, conjurations, vindictæ cupiditatem, & humani sanguinis DEI sanguine redempti effusionem, œstro plusquam beluino percitos

VOS

vos evocat. *Hic* pacem, mansuetudinem,
lenitatem, & quod omnium caput est, Chri-
stianam Charitatem inculcat. *Ille* ordinum
divinorum hostis infensissimus, DEO & Ma-
gistratui vestro pertinaciter resistatis optat.
Hic maximam vestram gloriam in pio obse-
quio positam esse docet. *Ille* vos ad palli-
andam nequitiam, quantumvis conscientia
convictos, strenue mentiri, & oculum omni-
scium, qui falli nequit, fallere juber. *Hic*,
prout est Spiritus veritatis, in sui nominis
gloriam dictis & factis veritatem comprobe-
tis monet. Utrius jam instinctui parendum
sit (per DEUM vos obtestamur) cogitate!
Non agitur hic de bonis fluxis & caducis:
Agitur hic de animarum vestrarum æternâ
salute, quibus pessimè cupid Diabolus, optimè
Spiritus Sanctus. *Ille* sugerendo spe-
ciosas ratiunculas tantisper vobis blanditur,
donec deceptos & in extremam perniciem
ignemq; Gehennæ inextinguibilem misere-
actos rideat. *Hic* serio in vobis peccata
arguit, ut omni benedictione in vos effusâ,
salute animarum vestrarum æternū gau-
deat. Agite ergo, Cives Academicí, quot-
quot

quot amatis Spiritum Sanctum, ut nunc &
per cunctem vitam Dei vester, sine quo nihil
boni præstare potestis, in vobis vincat, & im-
mundus Spiritus perpetuâ cum ignominia
succumbat. P. P. Rostochi sub sigillo Aca-
demiae seriâ primâ pentecostes

Anno 1645.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73481576X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73481576X/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73481576X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73481576X/phys_0012)

DFG

te. Apostolus Paulus fidus Cl
geminat abijciamus opera tem
mur armis lucis , sicut in die ho
non in commesseſtionibus Ebrei
bibus Eſt impudicitiis, non in co
latione. sed induimini dominum
Eſt carnis curam ne feceritis in
nobis inculcat hinc inde Spi
ſacro codice. Quæro ex te
ſtianus dici affectas, cui nam
cujus monitis parere debea
no & Salvatori, qui te carè
te ſanctificavit, & Spiritu S
minibus, an diabolo hum
infenſiſſimo, carni in exitiu
do concitato curſu in infern
O impietatem omni ſermon
Deum vindicem justiſſimum
omnis generis plagaſ, quib
mania vaſtatur attraxit, quæ
tentia ſeria averterimus, exit
rietur. Usurpat Ecclesia hiſ
riam patientis Christi, ſisti
vincula conjectum, ad inju
tractum, colaphis male tracta
tur patum, virgis cæſum, ſpi
in crucem auctum, clavis conſ



ſter in
indua
ulemus,
n in cu
Tamu
riffum,
ſimilia
tus in
ſ Chri
ebere,
Domi
tui qui
niſ ho
ſ hosti
mun
erant?
! Quæ
& quæ
a Ger
i pæni
um fo
nemo
lum in
es per
to de
atum,
ta per
oſſum